

## ¶ Sermo

Ego vero quicquid illud est quod in me de huiusmodi experiri donatū est: coram eloqui non verebor. Nam et si vile forsitan cum fuerit auditū et despicabile videatur non mea refert. quia qui spiritualis est non me despiciet. qui minus. non me intelligit. At tamen si in aliū istud sermonē seruauero: forte non deerunt qui edificetur in his: que exoratus interim dominus inspirabit: sponsus ecclesie Iesus christus dominus noster qui est super omnia deus benedictus in secula Amen.

¶ Sermo. lxxiiij.

## Reuertere. inquit

**R**iquet non adesse quem reuocari: affuisse tamen. idque non longe ante. quippe qui dum adhuc abiret: reuocari videtur. Intempestiua reuocatio magis vnus amoris: magni alterius amabilitatis indicium est. Qui sunt istius charitatis cultores: amatorumque tam indefessi sectatores negotij. quorum alterius prosequitur. altera uiget tam iniquiter amor. Et mihi quidem ut memini mee promissionis incūbit assignare hunc locū verbo et anime: sed ad hoc ut digne vel aliquantisper fiat: ipsi us adiutorio uerbi egere me fateor. ¶ Et certe sermo iste decuerat magis expertum magisque consuetū sancti et archani amoris sed non possum officio deesse meo: non ueris omnino uotis. Periculū meum uideo et non caueo. uos me cogitis. procul cogitis ambulare in magnis et in mirabilibus super me. Deu quod uereor ne subinde audiam. Quare tu enarras iusticias meas: et assumis sacramentū meū per os tuum? Audite me tamē hominē qui loqui trepidat: et tacere non potest. Excusabit forsitan ausum trepidatio ipsa mea: magis autē uerba si puenerit edificatio. Et forte he lacrimae pariter uidebunt. Reuertere ait. Bene abibat. reuocat. Quis mihi referet huius mutabilitatis sacramentū? Quis mihi digne explicet ire et redire uerbi? Nunquid leuitate uisus sponsus? Unde quod uenire se uenire queat quod totū implet? Quē denique motū habere locale possit qui spiritus est? Aut quē postremo uel cuiuscunque generis motū das illi qui deus est? Est quippe omnino incommutabilis. Uerba hec qui potest capere capiat. Nos autē in expo-

sitione sacri mysticis eloquij caute et simpliciter ambulantes: geramus more scripture que nostris uerbis sapientia in mysterio abscondita loquitur nostris affectibus dum deū figurat: insinuat notis reze sensibiliū similitudinibus tanquam quibusdam uilioris materie poculis ea que preciosa sunt: ignota et inuisibilia dei: mentibus propinat humanis. Sequamur proinde et nos eloquij casti consuetudinē: dicamusque uerbum dei deus sponsum anime: prout uult uenire ad animā et iterū dimittere eam: tamen ut sensu anime non uerbi motu ista fieri sentiamus. Uerbi causa. cum sentit gratiam agnoscat presentiam. cum non absentiam queritur. et rursum presentiam. querit: dicens cum propheta. Exquisiuit te facies mea: faciem tuam dominare querit. Qui nihil requirit: nec enim subducto sibi tā dulci sponso interim aliquid aliud. non dico desiderare. sed nec cogitare libebit. Restat igitur ut absentem studiose requirat: reuocet abeuntem. Ita ergo reuocat uerbum: et reuocatur desiderio anime: sed eius anime cui semel indulserit suauitate sui. Nunquid non desiderium uox? Et ualida. Denique desiderium pauperum (inquit) exaudiuit dominus. Uerbo igitur abeunte una interim et continua anime uox. primum desiderium est. tanquam unum cōtinuumque reuertere donec ueniat. Et nunc da mihi aiā quā frequenter uerbum sponsum inuisere soleat. cui familiaritas ausus. cui gustus famē. cui preceptus oim oculū dederit: et ego huic incunctantē assigno uocē pariter nomen sponse: nec ab ea penitentiā locū quod in manibus est cēserim alienū. Talis nepe inducitur loquens. Quē enim reuocat: et absque dubio probat se meruisse presentiam et si non copiat. Alioquin non reuocasset illū: sed uocasset. Porro reuocatiois uerbis reuertere est. Et forte iō subtraxit se quod audire? reuocaret: teneret forte? Nā et aliquis silabat se loqui: ire: nō quā uolebat: sed uolebat audire. māt nobiscū dñe quā ad uespasit. Et rursum alia vice sup mare ābulans: cū apli nauigaret et lahoraret in remigādo: quāsi uoles perire eos: nec tūc quidem istud uolebat: sed magis probare fidē et elicere precē. Denique. sic ait euangelista. turbati sunt. et clamauerunt: putas res fantasma esse. Ergo istiusmodi piā simulatione imo salutare dispelatio: quā tūc corporaliter uerbum corpore iterū exhibuit